



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

246. Feria 2. de instrumentis virtutum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Dominica 10. post Pentecosten. 439

liquæque perfectiones Divinæ: sed non potest alter esse Deus, idèoque, ut nihilominus, quàm maximè Deus innotesceret, fecit opus, quo non potest majus, naturam humanam assumendo. Itaque per Christum maximè honoratur Deus. Ergo, qui Christo imitatio-
ne propior fuerit, nihil Deo gratius faciet. Nihil sibi melius; quis nemo Christo est par in quærenda gloria Dei: igitur, qui propius accedet ad Christum D. propius accedet semper ad majorem Dei gloriam. Unde similior erit Christo Domino, & deinceps Deo, quia Christus est Imago Dei. Non ambulabit in tenebris, habebit lumen vitæ, illuminationem mentis practicam, puritatem cordis, affectionem & fervorem rerum Dei, salutem, meritum, omne bonum.

Conf. 3. Quia Virtus de illo exibat. Marc. 3.
qui non est de hoc mundo, sed de supernis virtutibus, earumque Rex, ut etiam ad mensuram sumptione sanctissimi Sacramenti deriventur dona virtutum, orabo adaptari præparatione debitâ.

MEDITATIO CEXLVI.

Teria 2. Domin. II. post Pentecost.

De instrumentis virtutum.

Videbo Dominum in monte, circa quem
jacent omnis generis instrumenta virtu-
um. Petâ ea obtinere. **T 4. Conf.**

440 *Feria 2. Domin. 11. post Pentecost.*

Conf. 1. Instrumenta virtutum, unde celestia consequi possumus, sunt 1. Cognitio virtutis clara, cum distinctione à vitijs eam mentientibus. 2. Appretiatio ejus, seu æstimmatio super omnia alia creata. 3. Postulatio ab ejus donatore Deo. 4. Diffidentia sui. 5. Desiderium virtutis. 6. Intentio actualis operandi ex fine virtutis. 7. Robur mentis in quærenda constanter virtute. 8. Particularis Examen de ea, & opposito vitio. 9. Frequentatio actuum virtutis internorum, & externorum. 10. Non omittenda occasio exercendæ virtutis. 11. Vita ad leges ordinata. 12. Custodia legum statûs proprii.

Conf. 2. Quomodo Regem virtutum flectere possim ad eas mihi elargiendas. 1. Salvatorem pro ijs glorificabo. 2. Peccati contra eas indulgentiam postulabo. 3. Easdem virtutes desiderabo, & petam. 4. Instrumenta pro ijs exercendis memoriter tenebo, ut exerceam earum actus. 5. Petam gratiam exercendi, quod proposui.

MEDITATIO CCXLVII.

Feria 3. Domin. 11. post Pentecost.

De remedijs contra obices Virtutum.

Videbo valla, & macerias ex spinis confectas, tentationes variè ortas, quibus dum